



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes
Ivniae Entheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

XXXIX. Ad Guilielmum à Rotenhan, EQ. Francum.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

N. REVSNERI

Si doctrinamori, & virtus, Hieronyme VVOL
Possent: debuerant te moriente mori.

XXXVII.

De eodem.

πολλά γενέφωμ, καὶ πολλά λέγωμ Ιερωνύμος
(Geoffrey Ad)

Βόλφιος, εὐρὺ κλέος γῆμ καθ' ἀπεσαμένος
(Qui)

Idem Latinè.

Tot bona qui scripsit, docuitque HIERONIMUS

(MVS ill)
VVOLFIVS: aeternæ nomina laudis habet

Vel.

Tot rerum scriptor pariter, docttorque bonariorum
VVOLFIVS, aeternum nomen ab orbe tuum

XXXVIII.

Ad Ioan. Henricum Her-
uuartum, Patr. Augustan.

Qui terræ nunc est onus, huic mox terra futura
Est oneri, cur sic ergo superbit homo?

XXXIX.

Ad Guilielmum à Roten-
han, EQ. Francum,

IN S O M N I E.

VOL Cui licet, ut liber, haud est liber, ducere vitam:
Sed bene qui paret legibus, atque Deo.
Nam legum seruum sic esse, Deique ministrum
Quemque decet: liber viuat ut ipse sibi.

XL.

Ad Ioan. Henricum Hain-
zelium, Patr. Augustanum.

Qui sibi res, non se rebus submittit ubique:
Liber homo dici cur mereatur, habet.

XLI.

Ad Nicolaum Ruding-
rum Pisouernatem.

Quid tandem quid agis, Dolor? molestus
Si quamuis, Posidonius iocatur
Membris æger, et artubus laborans:
Summum quando malum negat dolorem,
Sed cur esse malum negem dolorem,
Qui nunquam bonus est? malum fateri
Cogar: faxeus esse, Nicolae,
Aut amens, stupidus ne laborem.
Fomentum ergo meo pero dolori:
Mens hoc est pia, et æqua: ne dolori
Cedam: sed quasi homo lubens dolorem
Admittam: et quasi homo malum omne vincam.

B 3 Cremio